

1. Bagge f. A. Ehregott Nic. / diff.  
de Sapientia Christi in Electione,  
institutione atq. missione  
Apostolorum, Jenæ 1752.

2. de Balthasar f. D. Jac. Henr. / diff.  
de Doctrina et Praxi in Pomerania  
Suevica, circa Nuptias prohibitas  
Gryphiswaldie 1752.

3. ——— diff. de temporis plenitudine  
Gryphiswaldie 1750.

4. Bardt f. D. Joh. Fried. / diff. de  
applicatione homiletica, Lipsiæ  
1752.

5. Baumgarten f. D. Sigism. Jac. /  
Vindiciæ vere et realis Corporis et  
Sanguinis Christi in S. Coena presentibus  
ab oppugnationibus Benj. Howley Halle  
1749.



5  
8  
151  
VINDICIAS  
VERAE ET REALIS CORPORIS  
ET SANGVINIS CHRISTI IN SACRA  
COENA PRAESENTIAE  
AB OPPUGNATIONIBVS BENIAMINIS HOADLY

---

PRAESIDE  
VIRO SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO  
AMPLISSIMO DOCTISSIMO  
SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN  
S. S. THEOLOG. DOCT. EIVSDEMQVE IN REGIA FRIDERI-  
CIANA PROF. PVBL. ORDIN. ET H. T. ORD.  
THEOL. DECANO

PATRONO ATQVE PRAECEPTORE  
AETERNVM DEVENERANDO

AD DIEM IANVAR. A. MDCCXXXIII.

EXHIBET

A V C T O R  
IOANNES CAROLVS LEEKENY  
MAGDEBVRGENSIS.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE  
APVD IOAN. CHRIST. GRVNERTVM, ACAD. TYPOGR.  
*Recusa 1752.*



VINDICIAS  
VERAE ET REALIS CORPORIS  
ET SANGVINIS CHRISTI IN SACRA  
COENA PRAESENTIAE  
AB OPPUGNATIONIBUS BENJAMINI HOADLY

VIRO SVMMÆ REVERENDO EXCELLENTISSIMO  
AMPLISSIMO DOCTISSIMO  
PRÆSIDI

SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN  
S. S. THEOLOG. DOCT. ZWISDRENOVÆ IN REGIA FRIDER-  
CIANA PROV. PVB. ORDIN. ET H. F. ORD.  
THEOL. DECANO

PATRONO ATOVE PRAECEPTORE  
AETERNVM DEVERERANDO  
AD DIEM JANVARII MDCCXXXIII

AVCTOR  
IOANNES CAROLVS LIEKENY  
MAGDEBVRGENSIS

HABAE MAGDEBVRGICAE  
VBI IOAN. CHRIST. GRVNERIVM. ACAD. TYPOG.  
Folio 172





V I R O  
SVMME REVERENDO AMPLISSIMO  
ATQVE DOCTISSIMO  
**CHRISTOPHORO  
SVCRONI**

SEREN. BORVSSIAE REGI A CONSILIIS SACRIS,  
PRIMAE DVCATVS MAGDEBVRGICI DIOECESIOS  
INSPECTORI, TEMPLI CATHEDRALIS MAGDE-  
BVRGENSIS PASTORI PRIMARIO, GYMNASII  
MAVRITIANI EPHORO

THEOLOGO DE ECCLESIA PATRIAE  
LONGE MERITISSIMO

PATRONO ATQVE FAVTORI

OMNI OBSERVANTIAE ATQVE HONORIS  
CVLTV AETATEM PROSEQVENDO

HASCE STVDIORVM PRIMITIAS

IN GRATISSIMAE OBSTRICTISSIMAEQVE MENTIS TESSERAM

**SACRAS VVLT**

AVCTOR.



V I R O

SVMME REVERENDO AMPLISSIMO  
ATQVE DOCTISSIMO

CHRISTOPHORO  
SACRONI

SERENI. BORVSIAB. REGI A CONSILII SACRIS.  
PRIMAE DVCATVS MAGDEBVRGICI DIOECESIOS  
INSPECTORI, TEMPLI CATHEDRALIS MAGDE-  
BVRGENSIS PASTORI PRIMARIO, GYMNASII  
MAVRITIANI EPHORO

THEOLOGO DE ECCLESIA PATRIAE  
LONGE MERITISSIMO

PATRONO ATQVE FAVTORI  
OMNI OBSERVANTIAE ATQVE HONORIS  
CVLTV AETATEM PROSEQVENDO

HASCE STVDIORVM TRINITIAS  
IN GRATISSIMAE ORSTRICTISSIMAEQVE MENTIS TESSERAM

SACRAS VULT

AVCTOR







SECTIO I.

THETICA.

§. I.

**A**gere dicitur ens in aliud, si mutationes in illo producit. Hoc vero fieri potest vel mediate vel immediate.

§. II.

Immediate ens agit in aliud, si mutationes, quas in illo producit, ab ipso pendent proxime: sin remotius, mediate.

§. III.

Ens, si immediate agit in aliud, illi dicitur praesens, ut adeo sit praesentia relatio, quae intercedit duo aut plura entia, quorum vnum immediate agit in alterum.

§. IIII.

Mutationes, quae ab ente in aliud immediate agente in hoc producuntur, aut secundum leges mutationum fiunt, aut minus. Si prius ens agit in aliud naturaliter, et praesentia haec est naturalis. Si posterius agit supernaturaliter, et praesentia tunc est supernaturalis.

A 3

§. V.



## §. V.

His praemissis ad explicationem et demonstrationem praesentiae corporis et sanguinis Christi in sacra coena nos accingimus, qua in re ut ordine progrediamur, ante omnia ostendendum erit, quid per corpus et sanguinem Christi nos in hoc argumento intelligamus.

## §. VI.

Per corpus Christi igitur illud ipsum naturale corpus eiusdem intelligimus, quod ad Deum nobis reconciliandum in crucem actum intensissimosque dolores perpetuum tandem ab anima eiusdem morte distractum, resurrectione autem cum illa reunitum est. Pari ratione sanguinem Christi in eucharistia non alium, nisi illum ipsum naturalem ad expianda apud deum hominum delicta effusum nouimus, qui ab omni putredine remotissimus et incorruptus in resurrectione Christi corpori ipsius restitutus est. Ps. XVI, 10. Act. II, 27. 31.

## §. VII.

Vtrumque corpus nimirum ac sanguis seruatoris nostri in sacra coena praesens est, non quidem naturaliter, pro locali visibili et circumscriptiua eiusdem praesentia ipsi cum omnibus aliis hominibus communi; pro hac enim terra iam ereptus et in coelis est: sed supernaturaliter praesentia, quae toti humanae Christi naturae propria ipsique ex vnione cum diuina eiusdem natura, quae esse potest, arduissima, comperit, quaeque in omnibus eius actibus mediatoris sese exferit ad eosque necessaria est.

## §. VIII.

Hoc ecclesiae nostrae dogma iam tribus argumentis euincere animus est, quorum primum ex ipsis huius sacramenti verbis institutionis depromptum. In quibus cum  
duo



duo occurrant momenta huius rei fidem facientia, opus erit, ut per singula eundo vim eorum commonstremus. Prius absolvitur praecepto Christi comedendi ac bibendi. Accipite, inquit, edite bibite. Ex his verbis auctoris huius sacramenti ad stabiliendam nostram thesin sequentem in modum ratiocinamur. Quicquid Christus in sacra coena ut comedatur ac bibatur iussit, illud ut praesens sit necessarium est. Iam vero Christus, dum panem et vinum discipulis porrexit, illis, ut corpus et sanguinem suum comederent ac biberent, praecepit. Vnde inferimus corpus et sanguinem Christi in sacra coena praesentia esse.

§. VIII.

Posterius, quod verba institutionis praesentiae huius nobis exhibent, argumentum in promissione Christi duplici positum est. Hoc est corpus meum. Hoc est sanguis meus. De quibus verbis mirum in modum controversis ante omnia notandum, quod necessario sensu proprio accipienda sint, id quod iam demonstratum ibimus.

§. X.

Antequam vero ipsam huius rei probationem aggredimur, obseruandum erit discrimen, quod intercedit inter significatum et sensum in proprium. Significatus in proprius est is, qui usu infrequentior et a derivatione diversus est ac aequae ut proprius ad singulas voces tantum pertinet. Sensus vero in proprius oritur, si praedicatum propositionis significatu in proprio accipiendum, vnde liquet, illum tantum in propositionibus locum habere. Illum in verbis institutionis et in primis quidem in duplici hac promissione Christi obuium esse, libenter concedimus, neutiquam vero

§. XI.



## §. XI.

Proprium itaque utriusque huius propositionis sensum euincimus primum ex regula hermeneutica omni exceptione maiori, significatum verborum proprium tam diu retinendum esse, quam diu absurdi quid illum habere non constat; aut saltem, rationes adferri nequeant, quibus significatus inproprius probabilior fiat proprio. Iam vero neutrum horum, si praedicato harum propositionum significatum proprium tribuis, aut quod idem, sensum proprium illarum retines, demonstrari potest. itaque nil est, quod nos ad praeferendum sensum inproprium proprio inducat

## §. XII.

Idem deinde probari potest ex ipsa horum verborum conditione, quae testatoris sunt et a Christo morti propinquo pronunciata. Quin testatoris verba autem semper, quoad eius fieri potest, proprie intelligenda sint, nemo unquam dubitauit. Hoc enim finis testamenti requirit, quantum quantus est in eo positus, ut testator litibus de bonis suis relictis post obitum fore oriundis occurrat, quod non melius fieri potest, quam si verbis ab ipso usurpatis primum ac nativum significatum tribuit.

## §. XIII.

Tertium, quo proprium sensum harum Christi thesaurum adstruimus, argumentum offerunt nobis perfectiones ipsius his verbis in institutione huius sacramenti vsi, et imprimis quidem sinceritas, omniscientia et sapientia eiusdem. Sincerus aptissimis semper signis ad mentem suam aliis declarandam utitur. Sermonem proprium vero aptiorem huic fini esse in proprio ex ipsa natura proprii et in propria sermonis liquet. In illo enim primum et nativum vocum significatum retinemus, a quo in hoc recedimus. Pro-

omni-



omniscientia seruator optimus rixas de explicatione horum locorum in ecclesia olim coorturas certissime praeuidit. Ipsum nihilominus tamen ambiguas voces in hoc negotio vsurpare maluisse, haud credibile est. Laborant autem sine dubio et experientia teste hae propositiones ambiguitate, si sensu improprio easdem intelligimus, cum e contrario proprius illarum sensus non nisi vnicus esse potest. Restat, vt idem ex sapientia, quae in Christo summa est, efficiamus. Sapiens est is, qui optimo fini obtinendo optima quaeque adhibet media. Finis seruatoris in his locis est, vt naturam sacramenti iam instituendi discipulis suis explicet. Ad hunc obrinendum necessarium erat per naturam explicationis, vt ab omni figurato sermone alienus proprio, quantum fieri poterat, vteretur.

## §. XIII.

A proprio harum propositionum sensu in earumdem explicatione non recedendum esse, denique colligimus ex eo, quod omnes scriptores sacri institutionis verba referentes has propositiones non immutatas iisdemque fere vocibus nobis tradiderunt, cum tamen alias huius sermonis Christi locutiones multifariam variauerunt, nusquam etiam has propositiones explicauerunt, quod vno saltem loco in re tanti ponderis ac momenti necessario fieri debuisset, si proprius earundem sensus a vero recederet.

## §. XV.

Progredimur nunc ad alterum thematis nostri argumentum ex I Cor. X, 16. desumptum, a commate 14 vsque ad finem huius capituli id agit apostolus, vt Corinthiis esum εἰδωλοθύτων disuadeat, vbi praeter alias rationes moventes hanc etiam v. 16. affert, illos per sacram coenam cum Christo vniri. Nam inter calicem benedictum, i. e. vinum in calice contentum et panem, atque inter corpus et sanguinem



guinem Christi nexum intercedere arctissimum, seu communem finem haec habere ita, vt, qui pane et vino fruuntur, corporis quoque et sanguinis Christi participes fiant.

§. XVI.

Vere et realiter corpus et sanguinem Christi in eucharistia praesentia esse colligimus tertio ex ipso fine institutionis huius sacramenti necessario in arctiore hominum cum Christo vnione ponendo, quam quae per esum eiusdem spirituales aut solam fidem quouis tempore obtineri potest. Alias enim huius actus sacri perpetratio minime necessaria imo prorsus superuacua esset. Iam vero Christus aut mediate aut immediate agit in homines per hoc sacramentum. Hoc enim alia ratione aequae bene fieri potest. Ergo Christus per illud immediate in fruentes illo agere debet. Ad actionem immediatam vero praesentia personae agentis requiritur. Ergo totus Christus in hac actione occupatus est. Ergo etiam corpus eiusdem et sanguis.

SECTIO II.

ANTITHETICA.

§. XVII.

**T**ractationem theticam dogmatis nostri, et explicationem et demonstrationem exhibentem iam excipiet polemica, rationes quasdam contrarias earumque confutationem sistens. Res vero nobis hic potissimum erit cum Beniamine Hoadley celeberrimo Angliae episcopo, qui in libro, quem de sacra coena in vltis edidit, et cui titulus: *Traité sur la nature le but et les effects du Sacrament*



*crement de la sainte cene* veram et realem corporis et sanguinis Christi in sacra coena praesentiam multis usque sat speciosis argumentis impugnauit, et quantum in ipso positum fuit funditus destruere conatus est, quod etiam non adeo infeliciter ipsi cessit: vt potius multorum suffragia tulerit, multosque in suam hac de re traxerit sententiam cum sententia reliqui coetus sacri Anglicani non prorsus concincentem. Huius rationes ingenue propositas nobis infringendas summus debellandasque.

## §. XVIII.

Ne vero Andabatarum more pugnemus nostrum erit, vt, antequam litem ipsam ingrediamur, statum controuersiae accurate figamus, quo lectori nostro luculenter constet, quae res praecise inter nos et aduersarium nostrum in controuersiam veniat. Nobis igitur non questio est, quo pacto panis et vinum seu elementa huius sacramenti terrestria cum corpore et sanguine Christi seu elementis coelestibus in eucharistia vniantur, num hoc fiat per assumptionem, qua nonnulli elementa terrestria in vnionem personalem duarum naturarum Christi suscipi putarunt, an per consubstantiationem, ita vt res terrestris et coelestis tertium aliquod ab vtraque re diuersum constituent, an vero per impanationem, quae sententia eorum est, qui corpus et sanguinem Christi pani et vino localiter includunt; nec quaeritur, num corpus et sanguis Christi corporaliter et immediate ore accipiatur; nec num impii aequae ac pii corpore ac sanguine Christi fruuntur; nec denique num hoc sacramentum in memoriam Christi celebrandum sit: sed de eo disceptatur, num corpus et sanguis Christi in sacra coena vere et realiter adsint, et cum pane et vino distribuuntur, an vero panis et vinum sacrae coenae tantum mnemosyna sint corporis Christi pro nobis in mortem traditi et sanguinis eiusdem pro nobis effusi iam prorsus absentis. Prius nos affirmamus



mamus, posteriùs aduersarius noster. Vera igitur adest inter has propositiones contradicção

## §. XVIII.

Varias ad stabiliendam thesin suam auctor ingreditur vias, variasque eiusdem adducit rationes, quas singulatim nunc proponere et pro viribus examinare ex proposito nostro est. Primum quod in hanc sententiam affert argumentum exstat pag. 19. tractatus sui, vbi obseruat scriptores sacros in relatione verborum institutionis nimium quantum inter se discrepare. Alium enim plura alium pauciora alium alia Christi verba referre. Ipsa auctoris verba haec sunt: *Il y a une autre chose qu'on ne peut s'en pecher de remarquer ici. Ce sont les différentes expressions, qui sont employées par ces differens auteurs dans cette courte relation qu'ils nous font des paroles prononcées par notre Seigneur même, quand il institua cette sacrée Cereemonie.* Hanc obseruationem sequentibus exemplis illustrat: Matthæum et Marcum nimirum ratione panis referre, Christum dixisse: Accipite comedite: hoc est corpus meum: Paulum vero et Lucam his alia quaedam Christi verba adiicere, alterum quidem quod datum est pro vobis, alterum quod fractum est pro vobis, et praeterea vtrumque addere: Facite hoc in mei memoriam. Ratione calicis Marcum sequentem in modum loquentem facere Christum: Hoc est sanguis meus, sanguis noui testamenti qui effunditur pro multis, vbi Matthaeus adiiciat in remissionem peccatorum; secundum Lucam vero Christum dixisse: Hic calix est nouum foedus in sanguine meo, qui effusus est pro vobis, cui effato Christi Paulus vt eiusdem seruatoris verba adhuc addat: Facite hoc quoties biberitis, in meam commemorationem. Ex his auctor tandem pag. 22. colligit scriptores sacros verba institutionis neucquam proprio sensu intellexisse. Ad hanc aduersarii obiectionem eneruandam duplicem ingredimur viam



viam. Primo quidem concedimus multis modis differre scriptores sacros in enarratione verborum institutionis. Quomodo vero ex eo effici possit: totum hunc Christi sermonem inproprie intelligendum esse nos non assequimur. Easdem enim cogitationes alia atque alia ratione nos exprimere posse, et ita quidem vt sensus semper maneat proprius, quotidiana nos docet experientia. In relatione vero sermonis alicuius a pluribus scriptoribus facta ob ingeniorum diuersitatem differentia quaedam verborum fere ineuitabilis est. Alias enim iure meritoque suspicamur, alium transcripsisse alium. Deinde haec differentia non tanta, est, quantum auctor sibi fingit et quanta ad probationem thematis sui necessaria esset. Praeceptum Christi enim comedendi ac bibendi et vtramque promissionem: Hoc est corpus meum Hoc est sanguis meus omnes vno ore iisdemque fere, vocibus tradunt scriptores sacri. Ratione panis enim omnes in eo consentiunt, vt porreſſo illo Christus dixerit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quamuis Lucas et Paullus quaedam alia Christi verba his addant. Ratione vini autem Mathaeus et Marcus referunt Christum dixisse in dispensatione illius: Hoc est sanguis meus; Lucas et Paullus autem: Hic calix est nouum testamentum in sanguine meo. In qua propositione calicem per meton. contin. pro re contenta vinum denotare, luce meridiana clarius est, Ceterum haec ob inuistatum verborum positum obscuriora verba non aliter ac ea apud Metthaeum et Marcum sunt intelligenda clariora eadem ita exhibentes: Hoc est sanguis meus noui testamenti h. e. sanguis, qui ad foedus inter deum et homines faciendum effunditur. Hunc huius propositionis esse sensum ne ipse aduersarius quidem diffitetur; pag. 21. enim dicit: *Il importe peu de ſavoir, quelle de ces deux manieres de rapporter les expreſſion de Ieſus Chriſt eſt preciſement celle, qui il a employée, puis que l'une et l'autre rendent au même but, et ne ſignifient qu'une même choſe.* Itaque hi omnes scriptores



ptores facti in institutionis relatione sanguinis Christi mentionem faciunt, et nihil est quod nos impediatur, quo minus verba haec proprie intelligamus.

## §. XX.

Aliam, qua proprium vtriusque promissionis Christi sensum destruere vult, probationem tradit pag. 22, vbi totum institutionis sacrae coenae argumentum improprio sermone atque figurato propositum esse dicit: Calicem enim e. g. in illa non vas ipsum significare sed necessario vinum in calice contentum denotare debere. Ipsum hac de re audiamus auctorem: *Il faut particulièrement remarquer ici que toute la teneur et toute la forme de l' Institution est exprimée en langage figuré et que toutes les expressions de même sorte qui s' y trouvent doivent s' entendre de la même manière. On convient par exemple, que dans celles, qui sont rapportées par St. Luc et par St. Paul la coupe ne signifie pas le vase même, mais le vin, qui y est contenu.* Sed a particulari ad vniuersale concludere aduertarium quis non videt? Ex eo enim, quod quaedam alicuius sermonis voces improprie sint accipiendae, neutiquam sequitur, omnes eadem ratione intelligendas esse:

## §. XXI.

Pag. 23. et 24. ad euertendum proprium propositionum Christi sensum: Hoc est corpus meum: Hoc est sanguis meus, ita argumentatur. Neminem, inquit, abstinere ab vsu terminorum impropriorum, si significatus eorundem proprius absurdi quid in se contineat, id quod sequentia exempla satis confirmarent. Ipsum Christum scilicet se Ioh. XV. 1. et X. 7. disertis verbis portam et vitem appellasse. Nihilominus omnes Christianos has voces improprie de Christo intelligere, propterea quod, si proprie easdem intelligerent, insipide agerent. Atqui eiusdem farinae esse verba



verba institutionis; Hoc est corpus meum: Hoc est sanguis meus, infert: Ergo tantum, abest, vt haec proprie intelligi debeant, vt potius proprius harum propositionum sensus absurdus sit atque insipidus. In tota hac argumentatione auctor vt cerro certius iam supponit, proprium vtriusque huius propositionis sensum esse absurdum, id quod iam in controuersiam venit.

## §. XXII.

Idem ead. pag. vltcrius probare conatur sequenti ratiocinio: Quia id, quod de calice Christus dixit, sine dubio figuratum est atq; metaphoricum, etiam de pane et vino dicta metaphorica esse debent. Iam vero de calice metaphorice dictum, quod sit nouum foedus in sanguine Christi. Ergo etiam de pane et vino dicta, quod sint corpus et sanguis Christi metaphorice dicta esse debent. *Comme on reconnoit generalement, inquit, que ce, qui est dit de la coupe est figure et metaphorique, on doit aussi conuenir, que ce qui est dit du pain et du vin dans la même institution l'est encore par la même regle de l'interpretation &c.* At maior huius syllogismi propositio duplici vitio laborat. Primo enim falsum eiusdem antecedens, nimirum de calice dicta esse metaphorica. Ipse auctor pag. 22. concedit calicem hic denotare vinum in calice contentum adeoque vocem hanc metonymice sumendam esse. Falsa deinde quoque huius propositionis consequentia, quippe quae propositione superioris §. 20. iam refutata nititur, omnia scilicet huius institutionis verba non alium nisi in proprium significatum admittere, propterea, quod quaedam sine dubio ita accipienda sint.

## §. XXIII.

Ipsam verborum institutionis explicationem pag. 25. et seqq. exhibet, in qua 1) verba Hoc est corpus meum:  
Hoc



Hoc est sanguis meus: ita interpretatur, vt tantum de pane et vino illa dicta existimer, adeoque in proprium sensum his propositionibus affingat. Hunc nos reiicimus ob praecedentia, vbi non translate sed proprie haec verba accipienda esse sat fute commonstrasse nobis videmur. 2) affirmat panem et vinum sacrae coenae tantum media memoriae Christi inseruientia esse, quod expressius etiam pag. 23. his verbis dicit: *Le pain et le vin ne sont pas le corps et le sang naturels de Iesus Christ, mais les memoriaux de son corps et de son sang.* At non de pane et vino Christus pronunciauit, quod in memofyna corporis et sanguinis sui sint, sed de omni hoc actu sacro praecipit, vt omni tempore in sui memoriam concelebrari debeat. Concedimus praeterea externa haec elementa esse signa atque imagines repraesentando Christo apta. Haec vero ipsorum vis alteram, pro qua sunt vehicula corporis et sanguinis Christi, plane non tollit. 3) In paraphrasi hac agit aduersarius contra regulam ab ipso pag. 7. libri sui suppeditatam, vbi recte affirmauit, nos in explicando hoc argumento solum a verbis auctoris in institutione sacrae coenae ab ipso usurpatis pendere, propterea quod haud credibile sit, illum mentem suam hac de re non sufficienter declarasse. Hanc regulam in hac paraphrasi funditus destruxit, vbi ingenio suo indulgens longe alium vtrique promissioni Christi sensum affinxit, quam secundum omnes explicationis regulas genuinas habere potest, itaque a verbis Christi longissime recessit.

## §. XXIII

Pag. 31. totum sacrae coenae finem tantum in eo ponit, vt panem in illa accipiamus in memoriam corporis Christi fracti, vinum autem bibamus in memoriam effusi eiusdem sanguinis. Nos hunc finem intermedium in ipsis institutionis verbis bene fundatum non reiicimus, praeter hunc vero alios adhuc aequae bene oraculis sacris nixos huius actus



actus sacri esse fines affirmamus, vt arctior vnio tam cum Christo quam aliis fidelibus, corroboratio vitae spiritualis et quae sunt huius generis alia hoc gratiae medio obtinenda 1 Cor. X, 16. 17. Eadem pag. Christum hodie terris praesentem esse absolute negat, quod nos non nisi de visibili et naturali eiusdem praesentia concedimus. Alia enim ratione terris praesentem esse, praeter alia quam luculentissime constat ex Matth. XXVIII. 20.

§. XXV.

Ex dicto huius sacramenti fine pag. 32. cogit, dogma cum transubstantiationis, tum cuiuscunque corporalis praesentiae seruatoris nostri in sacra coena falsum esse atque absurdum. Ipsa auctoris verba ita sese habent: *Ceci seul peut fournir a un chretien, qui n'est pas même savant, un argument fort court, mais bien clair pour prouuer l'absurdité et la fausseté du dogme de la transubstantiation et de toute presence corporelle de notre sauveur dans ce sacrament.* Prius nos lubenter concedimus, quod tamen non tam ex suppeditato huius sacramenti fine quam ipsius huius dogmatis contradictione interna probandum fuisset, vbi tota panis et vini sublata essentia tamen ponuntur eiusdem affectiones. Posterius vero ex hoc fine profus non fluit, quippe qui, vt ex sequentibus patebit, corporalem praesentiam seruatoris minime tollit. Notandum tamen, ne haec disceptatio in logomachiam abeat, terminum corporalis praesentiae triplicem admittere significatum, formalem nimirum subiectiuum et obiectiuum. Formaliter sumtus indicaret modum huius praesentiae et idem esset ac naturalis, visibilis. Hoc significatu negamus corporalem praesentiam Christi in sacra coena. Subiectiue et obiectiue autem spectatus innuit, tum obiectum huius actus sacri, quod est corpus Christum, tum subiectum, quo hoc corpus accipiamus, quod est



est os corporis humani pars: et hoc respectu hanc corporalem praesentiam Christi in sacra coena affirmamus.

## §. XXVI.

Ibidem contra dogma a nobis assertum aliud struit argumentum ita sese habens: Ad actionem in memoriam alicuius instituendam absolute necessaria est eiusdem absentia, sacram coenam in memoriam seruatoris nostri celebrandam esse ipsa institutionis verba testantur. Ergo seruator in sacra coena praesens esse nequit. Maiorem huius syllogismi propositionem his verbis nobis exhibet auctor? *Toute action, que l'on fait en memoire d'une personne, emporte necessairement son absence corporelle, et s'il se trouve present en propre corps, nous ne disons jamais, et nous ne pouvons jamais dire, que nous faisons cette action pour nous souvenir d'elle.* Ad hanc aduersarii obiectionem refellendam opus est, vt distinctum nobis de locutione: Facere aliquid in alicuius memoriam, formemus conceptum, quo facto omnis huius ratiocinii vis penitus euanesceat. Facimus aliquid in alicuius memoriam, si in actionis perpetracione repraesentationes. quas olim de illo habuimus, reproducimus seu eius recordamur. Iam vero de absente non solum sed etiam de praesente reproducere possumus repraesentationes olim de illo conceptas. Ad recordationem itaque non necessario requiritur absentia eius, cuius recordamur. Possumus quidem etiam absentium recordari, sed ex eo non sequitur, absentibus tantum hanc animae nostrae facultatem occupari.

## §. XXVII.

Pag. 33. ex eo, quod Paullus 1 Cor. XI. 26. non corporis et sanguinis Christi sed panis et calicis tantum mentionem faciat, argumentum ad negandam realem Christi in



sacra coena praesentiam depromit aduersarius. Expresse enim dicit ad sequens argumentum §. 28. sibi viam pandens: *Il ne dit pas* (scilicet apostolus) *qu'ils mangeroient le corps de Iesus Christ et qu'ils boiroient son sang.* At primo temere hic supponit, Paullum necessario in hoc commate explicitè nominare debuisse corpus et sanguinem Christi. Deinde usurpata ab apostolo locutio potest esse metonymica, qualem etiam hic reuera esse patet ex commate immediate sequenti, vbi indigne pane et vino fruente reos corporis et sanguinis Christi declarat apostolus coll. v. 29. Arcuissime igitur inter se haec cohaereant necesse est ita, vt, qui elemento terrestri fruitur, coelesti etiam frui debeat.

## §. XXVIII.

Ead. pag. locutionem ab apostolo 1 Cor. XI. 26. usurpatam; Annunciare mortem domini usque dum venerit, praesentiae a nobis affirmatae aduersari existimat. Ad annunciationem enim necessario requiri absentiam rei annuciandae. Tria sunt, quae huic aduersarii argumento opponi posse arbitramur. Primo quidem annuntiatio mortis Christi expiatoriae ad conditionem bene hoc sacramento vsurorum omnino pertinens plane non destruit realem Christi in sacra coena praesentiam. Omnipraesentem enim deum etiam annunciare virtutesque eius praedicare nostrum est. Ob maioris igitur propositionis falsitatem omnis huius argumenti vis expirat, et nil obstat, quo minus in fructione praesentis corporis ac sanguinis Christi annunciare possimus mortem domini. Sed fac necessariam esse rei annuciandae absentiam ad eisdem annunciationem, et ne tunc quidem hic apostoli locus aduersabitur dogmati nostro. Non enim, vt corpus et sanguinem Christi annunciemus, praecipit, sed mortem domini, quae vt factum praeteritum omnino



omnino absens est. Quod Paulus tertio vero dicat, nos annu-  
 ciare debere mortem domini vsque dum venerit, hic  
 aduentus ob praecedentia sine dubio tantum de manifesta-  
 tione eius praesentiae intelligendus est, pro qua terris ere-  
 ptus, de visibili nimirum ipsique cum aliis hominibus com-  
 muni.

## §. XXVIII.

Haec nobis sufficere videntur ad potiora aduerfa-  
 rii nostri argumenta verae et reali corporis ac sanguinis Chri-  
 sti in sacra coena praesentiae opposita confutanda. Quae  
 enim affert, reliqua, ita sunt comparata, vt nos aut plane  
 non feriant, aut ad hanc quaestionem dirimendam ni-  
 hil faciant, aut iam destructis a nobis fun-  
 damentis nitantur.







## AESTVMATISSIMO RESPONDENTI

SAL. PLVR. DIC.

PRAESES.

**E**orum, qui in cathedram publicam a me deducuntur, ex quo indicem argumentorum opportune disputandorum edidi, primus es, qui aliud sibi ad disputandum delegerit argumentum, ex eo non defunctum, arduum tamen et grauissimum *de vera et reali corporis sanguinisque Christi in sacra coena praesentia*. Quod tantum abest vt mihi displicuerit, vt potius, postquam consilium tibi constare intellexi, facile id assensus auctoris et suator fuerim reuocandi recentioris alicuius aduersarii oppugnationes doctrinae huius sub examen accuratius: non quod existimauerim noua esse et inaudita aut nondum confutata argumenta, quae nostris temporibus in aciem producantur, quod in controuersia tot saeculorum locum non inuenit; sed quod ita comparata esse multis videntur, innouataeque opposi-



positiones instauratas vindicias requirunt. Plures TIBI propolueram, ex quibus celeberrimum BENIAM. HOADLY modeste conuellendum iussisti optionemque mihi non difficulter approbasti: quod tum omnium, qui in doctrinam nostram imperum fecerunt, et nouissimus est, si ab EDELMANNO discesseris, homine impotentis animi maleque feriato, et facile princeps: tum praeterea libri elegantia concinno ordine descriptionisque venusta et speciosa praestantia a multis singularem gratiam iniit, atque ab ipsis nostratium nonnullis magni fit, quod ut sine detrimento purioris doctrinae fiat providendum omnino est; tum denique longius abest, atque ad confutationes et plerorumque librorum suorum et ipsiusmet huius scripti innumeras in ipsa *britannia* hominumque iisdem sacris addictorum plane occalluit perpetui silentii obseruantissimus, ut adeo verendum non sit, ne his vindiciis vulnera sacra refricentur funestisque contentionibus campus aperiat. Dissertationem solum conscripsisti, quam TIBI reddidi a lituris, accessionibus aut immutationibus meis prorsus vacuam: quod neque mihi vacabat ad retractationem operis TVI, neque scriptum operam meam desiderare aut exigere; sed exercitio academico, cui destinatur, publicoque industriae et doctrinae TVAE documento apprime convenire videbatur. Quare neque hic doctrinam ipsam illustrabo, quam alia opportunitate vberius explicatum vindicatumque iui in volumine primo consultationum theologiarum, recentioreque scripto, quod volumini quarto earundem referuavi; sed ne ornando iuuandoque labori TVO prorsus desim, ea enarrabo, quam fieri poterit brevissime, de scriptore libroque cui obviam procedis, quae non ignorari TVA lectorumque intererit. Constat inter omnes librum, cuius nunc res agitur, licet sine nomine prodierit, illustrem doctissimumque BENIAM. HOADLY scriptorem habuisse, quod nomen patri filioque, medico litteratissimo, commune ab utroque ita ornatum est, ut nec exteros lateat obliuionemque dudum effugerit. De patre, quocum nobis res est, tria duntaxat commemorabimus, Prod-



Prodiisse illum ex disciplina et familiari consuetudine SAM. CLARKII, de cuius amicitia et memoria optime meritus est, eximio inprimis commentario de vita scriptis ipsius, qui cum eiusdem sermonum sacrorum collectione primum prodiit, atque in splendida editione, *operum Clarkianorum &c.* *The works of Samuel Clark, D. D. in four volumes* tomo primo comparet. Quod non leue momentum trahit ad singularem existimationem litterarum et scientiae aequae ac suspensionem errorum in sanctiore doctrina faciendam, quamuis ipsius sententiam de trinitate professus nunquam fuerit, neque a subscribendis articulis XXXVIII ecclesiae *anglicanae* abhorruerit. Cuius arctioris coniunctionis cum viro eruditione et opinionibus prodigioso mentionem hic facio, quod celeberrimus HOADLY in plerisque, quae de sacra coena proposuit singularia, CLARKIVM habuit praecedentem consentientemque: quod nemini obscurum aut dubium erit, qui sermones eiusdem quatuor *de natura sine et destinatione sacrae coenae* legerit, obuios loco LVI ad LVIII. in sermonum collectione seu operum vol. I. p. CCCXXXIII. ad CCCLXVII; atque inprimis in expositione catechismi *anglicani* illustrationes quaestionum quinque ultimarum ibid. vol. III. p. DCCXIII. ad DCCXVIII; aut non ignorauerit disceptationes WATERLANDI et SYKESII, quorum prior *remarks upon Clarkes exposition* nec non *the nature, obligation and efficacy of the christian sacrament considered* eiusque supplementa scripsit, posterior CLARKIVM tuitus est, aliique controversiae de *moralitate obiectiva, discrimineque religionis naturalis et reuelatae* occasionem dederunt, atque tandem locum fecerunt Alterum dignitate absoluitur, quae eminet praefulis *anglicani*, ad tres sedes promotus hoc ordine, ut primum *bangoriensis* ecclesiae praeficeretur, deinde ad *salisburiensem* seu *sarumensem* prouheretur, atque tandem ad *wintoniensem* transiret, cui adhucdum decimum annum praefectus. Quae honorifica et opulenta laborum auctora amenta favori regio debet, cuius partibus insigniter velificatus est patri-



trocinioque vicissim grauissimo defensio in difficillima maxi-  
 me causa conuocationis cleri *anglicani*, cuius curia inferior  
 ipsi iam diem dixerat. Tertium ad libros pertinent, quorum  
 feracissimus fuit numerosumque prouentum tulit. Vbi ta-  
 men illorum tantum rationem habebat, qui rem sacram tra-  
 ctant atque animorum commotiones accerbasque contradic-  
 tiones excitarunt, reliquis neglectis, quibus vel reipublicae  
 lites discutiendas regionumque administrorum causam agen-  
 dam sumit, vel qui in disceptationem non venerunt, vt  
*the reasonableness of conformity to the church of England and*  
*defence of episcopacy* nec non *eighteen discourses concerning*  
*the terms of acceptance with God*, quos RICOTIER gallice red-  
 didit *moyens de plaire à Dieu sous l'euangile*. Possunt illi,  
 si postremum hunc vberius postea commemorandum exce-  
 pero, in vniuersum omnes ad controuersias domesticas ec-  
 clesiae *anglicanae* referri, quibus recentius dissidere coepe-  
 runt ipsius doctores atque a secessione sacrorumque separa-  
 tione subinde parum abfuerunt. Vna enim parte potesta-  
 tem tam regum in re publica quam episcoporum in ciuitate  
 sacra a solo deo pendente nullisque limitibus circumscri-  
 ptam defendente, alterius seu superioris ecclesiae, rigidorum  
 etiam nominibus insignita; altera autem vtramque impu-  
 gnante, inferioris ecclesiae, moderatorum et latitudinariorum  
 vocibus appellata: HOADLY huic posteriori accessit, eiusque  
 iam dudum anesignanus fuit strenuusque defensor, atque  
 partis oppositae sententiis de obedientia passiuam intermina-  
 ta, de immunitate ecclesiae a iurisdictione regia, de iure et  
 efficacia proscriptionum sacrarum, de seueritate in dissen-  
 tientes exercenda, et quae his gemina sunt, bellum indixit.  
 Primumque apparuit in famosa lite HENR. SACHEVRELLII,  
 cuius pars praecipua fuit vnusque et potioribus, qui ser-  
 monibus publicis librisque editis furori hominis et affecla-  
 rum se obiecit non sine discrimine a plebe fascino subeun-  
 do. Eminent in illis *the original and institution of civil gou-*  
*ernment discussed* atque *the measures of submission to the*  
*civil*



*civil magistrato considerd.* Has turbas, quas Londini, vbi tunc sacris operabatur, superauerat, grauior et periculosior disceptatio excepit sustinenda, postquam *bangoriensis* antistes euaserat, vnde ipsa controuersia *bangoriensis* vocari solet, quam duplici scripto excitauit vno a *preservative against the principles and practices of the noniurors*, altero *the nature of the kingdom or church of Christ, a sermon preached before the king* c10 10 ccxvii; quibus iura episcoporum nimium deprimere, disciplinam sacram euertere, conseruationem purioris doctrinae conuellere libertatique sacrorum quorum uis et sententiarum patrocinari aduersariis videbatur, quos habuit fere innumeros neque proletarios aut capite censos, sed SNAPE, SCHERLOCK, HARE, POTTER, STELE, SMITH, omnemque curiam inferiorem cleri anglicani. Opposuit illis *an answer to the representation drawn up by the committee of the lower house of convocation, concerning several dangerous positions and doctrines contained in the bishop of Bangors preservative and sermon* scriptaque alia quam plurima, defensoresque nactus est DE LA PILLONIERE et IACOBVM PIERCE. Quod ad controuersiam nostram arrinet librumque, vnde eius origines repetendae sunt, prodiit is anno c10 10cc xxxv inscriptus *a plain account of the nature and End of the Sacrament of the Lords Supper, in which all the Texts in the new Testament relating to it are produced and explained, and the whole doctrine about it drawn from them alone: to which are added forms of prayers.* Dicit non potest quot quantasque censuras subierit liber, vt conspectus est, quem plerique doctores anglicani grauior et moleste tulerunt vehementerque indignati et creberrimis confutationibus adorti sunt. Eodem anno comparuerunt *the winchester converts; remarks on a plain account &c; a second lettre to the author of a book intituled &c. by the author of the remarks; the sacrament of the Altar, or the doctrine of a representative sacrifice in the holy Eucharist vindicated &c. a lettre to a Lord &c. ; a true scripture account &c. by Thom. Brett; an answer to a book intituled &c.*

D



by Rich. Warren; remarks to a treatise intitled &c. by Conyers Place, et licet vindiciae illico prodierint a proper answer to a late pamphlet called the winchester converts &c.; a defence of the plain account &c. a vindication of the plain account &c. by Tho. Philips; an apologetical defence &c. et a further defence of the plain account &c. non intregunt impetum. Anno enim sequente lucem viderunt Christian exceptions to the plain account &c.; the sacrament of the lords supper considered &c. part. II. and III. of the answer &c. by Dr. Warren cum appendice; the primitive eucharist renewed &c. by Will Whiston; a true account of the nature, end and efficacy of the lords supper &c. by Thom. Bowyer; plain account &c. compareo with the account given by D. Lanc. Andrews Bish. of Winchester under James I. &c. neque minus a vindication of the Bishop of Winchester &c. quo falsè demonstratur, librum adeo perniciosum ab homine christiano, episcopo, et ciue bono proficisci non potuisse; the christian passover &c. by Gloster Ridley; atque sermones WATERLANDI ET HARRISHI de sacra coena: anno autem tertio a demonstration of the gross and fundamental errors of a late Rook &c. by Will. Law; a review of the doctrine of the eucharist &c. by Dan. Waterland et eiusdem the christian sacrifice explained &c. a quo tempore grauiores contentiones a CHUBBIO ET MORGANO excitatae huic finem fecerunt. Non idem nobiscum agunt, qui in aciem hanc processerunt, sed aliorum errorum accusarunt librum. Licet enim primi instauratores sacrorum puriorum in Anglia plerique veram et realem corporis sanguinisque Christi praesentiam in sacra coena crediderint, neque inter recentiores doctores anglicos plane desint, qui vel eandem doctrinam amplectuntur, vel fàntione sua sacrificii repraesentatiui prope fati ad eam accedunt; quod prius de HENRICO MORO indubium est, cuius liber extat inscriptus a brief discourse of the real presence of the body and blood of Christ in the celebration of the holy eucharist: communis tamen ecclesiae anglicanae sententia aliter



ter statuit atque confessionis publicae articulo XXVIII et XXVIII ab ea doctrina aperte discedit. Quare rationes indicandae sunt breuiter, quae libro tot odia hostesque inter *anglos* fuscitauerint. Ipsa omnino vestigia earundem sententiarum, quae ad controuersiam *bangoriensem* pertinent, atque per integrum scriptum eiusque imprimis appendicem luculenter apparent, multos fateor offendit. Plerosque tamen male habuit et concitauit apperta non uelificatio sed professio errorum quorundam *socinianorum*: quum celeberrimus scriptor in eo multus totusque sit, ut non solum omnem sacrae coenae efficaciam supernaturalem euertat, relicta sola logicomorali, quae commemoratione et recoratione mortis *CHRISTI* absoluitur; verum etiam sacrificium expiatorium *CHRISTI* veniamque peccatorum eius applicatione et apprehensione impetrandam conuellat, quam sola vitae emendatione obtineri existimat, atque praeterea efficiat, his facris indignum esse neminem qui mortis *CHRISTI* memor accedit, licet reliqua pessime animatus, iisque neque foedus cum *DEO* initum instaurari, neque ad homines diuini fauoris gratiaeque participes reddendos quidquam conferri praeter obseruationem unius exiguae partis innumerorum officiorum hominis *CHRISTI* doctrinam amplexi. Sed plura iam disputauimus quam epistolae conuenit. Redeo igitur ad *TE*, carissime *LEEKENY*, tibi que tribus uerbis studii academici decursum in offensum et felicem, laudabilem proficiendi arduum, qui ex disciplina conuictuque quodidiano quatuor annorum et quod excurrit abunde mihi innotuit, progressus in rerum sacrarum scientia factos atque hoc illorum specimen gratulor; *DEVM* que o. m. precor ut *TE* per omnem vitam sibi vindicatum fortunet, rem *TVAM* rectissime agere suaeque ciuitati sancte et feliciter inseruire iubeat, fauorique benefico habeat commendatissimum. In patriam redux parenti meritissimo amicisque communibus plurimam salutem dicas meis uerbis. Ita uale meique, ut tibi uolo et cupio, memor uiue. Dedi Halae ad Salam in acad. *Frideric. d. III April. cio* 16cc xxxiiii. D 2 NO.



## NOBILISSIMO RESPON- DENTI

s. P. D.

IOANNES GEORGIUS KNAPP.

**C**onstitueram equidem rogatu TVO meum de scri-  
pto TVO iudicium paullo copiosius his litteris ex-  
plicare; sed mutato postea consilio nolui ea epis-  
tola praecerpere, quae mea sententia commo-  
dius et forte etiam maiore cum fructu ad sermones coram  
TECVM publice habendos referuantur. Ne vero nihil mea-  
rum ad TE litterarum sit, statim ad TE ipsum conuertar.  
Petiisti a me vt in publico, in quod descensurus es, certa-  
mine, ego quoque partes contradis putantis suscipere, quod  
sicuti nunquam inuitus facio, ita multo minus Tibi negare  
potui, cum non solum ingenio TVO ac studiis, vt par est  
faueam, verum etiam in scholis meis auditorem TE assi-  
duum et probis moribus cognouerim. Quod vero reli-  
quum est, meus erga TE amor et officium TIBI debitum  
admonere TE cogunt, vt cum non sis nescius, omnes  
quas percepisti doctrinas sacras referri ad vitam, id in dies  
melius scias, teneas etiam expendas atque exerceas. Hoc  
se ipsum et alios diligenter et assidue monere, nemo sane  
superuacaneum putabit, cui salus sua curae est, et qui se-  
cum reputat, valde nos propter naturae vitiositatem in id  
propensos esse, vt solam rerum cognitionem amplectamur,  
actione vel prorsus relicta vel grauate admodum et languide  
suscepta. Id ergo agas velim, Nobilissime Respondens,  
vt optimo seruatori TE totum dedas, atque ipsi animum  
ad similitudinem tui fingendum formandumque permittas;  
quod-



quodsi, vt spero, feceris, et spiritu Christi vere animatus fueris, tum etiam intelligentiam TVAM et scientiam ad veras ecclesiae vtilitates conferre, et ipse quoque amplissimum salutis TVAE fructum ex eo percipere poteris. Vale  
D. in Fridericiana ipsis Calendis Aprilis MDCCCXXXIII.

**B**emerck das schöne Band der Schrift und der Vernunft,  
Ihr die ihr nicht den Schein verworfner Grillen liebet!

zählt meinen liebsten Freund zu der bewährten Kunst,  
darin die Wissenschaft dem Glauben Küsse giebet!  
empfanget hier ein Strük von den gepriesnen Schriften,  
die Gottes Ehre so, wie sich ihr Denkmahl stiften,  
Erit grosser Soadly auf, sieh deine Meinung an,  
und höre meinen Freund! du mußt alhier gestehn:  
du habest der Vernunft und Schrift zuviel gethan,  
man müsse nicht zu dreist an ein Geheimnis gehen:  
doch auch mit klugem Sinn den blinden Glauben meiden,  
dann Gott kan Unvernunft bei seinem Dienst nicht leiden!

**D**u unternimst beherzt, gelehrter Freund, die That,  
die man aus schwacher Furcht so treflich nie gewaget:  
du gehst die schwere Bahn, die Canz gesichert hat,  
du folgst dem Lehrer nach, der gleiches mit dir sager:  
was wunder, wann du denn mit Ruhm und Beifall lehrst:  
daß du dich hierin nicht an blöde Geister kehrest.



So giebst du, Theurer Freund, die Proben von dem Fleis,  
 der deinen Waandel so, wie deine Tugend zieret!  
 begehrst du gleich davor kein frisches Lorberreis,  
 genug, wann es dem Haupt mit ganzem Recht gebühret:  
 dein wehrtes Vaterland wird dich verlangend grüssen,  
 du wirst im selbigem des Schweisses Frucht genießen.

**I**hr Musen, die ihr dort an steilen Ufern sizet,  
 wo sich der Elbe Fluth um Wall und Mauren beuget,  
 fällt meinem Liede bei! stümt bessert, unterstützt  
 mein Noth, das bei dem Lob des theuren Freundes schweiget.  
 Rühmt seine Gottesfurcht, preist seines Wissens Stärke,  
 daß man sein Fest bei euch, wie an der Saale merke.  
 Erheb ich weiter nichts, als deine Redlichkeit,  
 die dich, erwünschtrer Freund, und deinen Umgang zieret:  
 so hat die Pflicht schon Trost, die Brust Zufriedenheit:  
 Allein wo wirst du nun Geliebter, hingeföhret?  
 soll ich dich denn so bald nach kurzem Sehen missen?  
 was wunder, macht mir jetzt dein Abschied Kummernissen?

**D**och nein, dich fodert nun die höchste Führung auf:  
 darum so wuchre denn mit dem geschenkten Pfunde.  
 Der Höchste strärke selbst den angefangnen Lauf,  
 er nesne jedes Wort aus deinem holden Munde:  
 und wenn du künftighin im Amte dich vergnüggest,  
 so dent auch an den Freund, den du als Freund besieggest.

Franz Christoph Zehe,  
 aus Ziegenhagen in Pommern.  
 Opp.



Monſieur et très honoré Ami,

**S**elon l'arrêt du Tout-Puiſſant, chacun eſt ici baſ pour faire valoir le talent qu'il en a reçu, je ne trouve rien de plus agréable pour moi que de voir le jour, que Vous recûtiez les fruits des veilles que Vous avez employées à l'étude de la Theologie depuis cinq ans que Vous frequentez cette Illuſtre Univerſité. L'envie dont Vous avez toujours brûlé de Vous diſtinguer, ne Vous eſt pas moins glorieuſe, que tous ceux qui s'intereſſent à Votre établifſement, font des voeux pour l'heureuſe reüſſite de tous Vos deſſins. Le ſang et L'amitié qui nous ont unis juſqu'à preſent ne Vous permettant point de douter de la ſincérité de mon coeur, j'eſpere que Vous voudrez bien agréer ceux que me dicte la tendre affection que je Vous porte.

*Que les loix du Très-Haut gravées dans Votre coeur  
de Votre conduite ſoient l'unique maxime,  
et que toujours ſongeant à L'Eternel bonheur,  
des Petits et des Grands Vous gagniez l'eſtime;*

*Que Le Ciel veuille Vous être favorable,  
et en tous vos deſſins Vous prêter ſon ſecours,  
qu'il Vous faſſe jouir d'un bonheur immuable,  
et de Votre vie prolonge l'heureux cours.*

*Que trop d'ambition, ou de timidité  
ne vous faſſe jamais tolerer L'injuſtice,  
que chacun ſe regle ſur Votre humanité,  
aprenne enſin de Vous que le bonheur ſuprême*



*ne doit être qu'à qui sait rendre la justice,  
et aimer son prochain comme un autre soi même.*

Quelque foible que puisse être cette marque de mon zele  
je me flate tuorefois que Vous y reconnoitres le parfait de-  
vouement avec le quel je suis,

Monsieur,

a Halle  
ce 2. April 1744.

Voire obeissant serviteur  
et Ami.

JEAN LOVIS SCHROETER

Etudiant en droit.



) o (

**S** Ist was vor ein Gedicht soll ich den Tag besingen,  
An welchem Du mein Freund des Fleißes Früchte  
zeigst?  
Was soll ich noch zuletzt Dir vor ein Denkmahl bringen.  
Da Du, o herbes Wort! von meiner Seiten weichst.

Soll ich Deinen Fleiß berühren.  
Deine Schrift mag Zeuge seyn.  
Ja noch mehr. Durchs Disputiren  
Legst Du grosse Ehre ein.  
Drum will ich zum Glückwunsch schreiten,  
Der aus treuem Herzen quillt.  
Ich will Deinen Ruhm ausbreiten,  
Bis man mich in Staub verhält.  
Höre Gott das schwache Lallen,  
Das von treuen Lippen geht.  
Laß Dir dessen Wohl gefallen,  
Der mit mir in Freundschaft steht.  
Gdane Dem, der Dich geehret  
Von der zarten Kindheit an,  
Daß Er das was Er gehdret,  
Dir zur Ehr ausstreuen kan.  
Laß Monarche, Sein Bemühen  
Vieler Seelen Wohlsart seyn.  
Laß Ihn grünen, laß Ihn blühen,  
Bis er geht in Zion ein.  
Dieses wären denn die Worte,  
Die zur letzten Schuldigkeit  
Dir Dein Freund schrieb an dem Orte,  
Wo der Auser Frühlings Zeit.  
Und den es in Trauren sezet,  
(Ja der Abschied ist zu hart.)  
Daß Ihn fort nicht mehr ergötzet  
Seines Freundes Gegenwart.

Ⓔ

Reise



Reise glücklich und im Segen  
 Hin nach Deiner Vater-Stadt.  
 Wandle treu auf Gottes Wegen  
 Bis Du dieses Lebens satt.

Johann Gotthilf Schröter,

Der Rechte Befizzenor.

**S**o ziehe denn, mein Freund, mit Ruhm aus Saal  
 Athen!

Von Deinem Fleis wirst Du nun Deine Früchte sehn.  
 Dis wünsch ich Dir nicht nur; ich sehs auch schon von weiten,  
 Wenn sich mein Geist vertieft in jene Folge-Zeiten.  
 Du hast gelernt, wie man des Himmels Ehr erhebt,  
 Du hast gelernt, wie man zum Wohl des Nächsten lebt:  
 Auf, wuchre denn mit dem, was Dir der Herr verliehen,  
 So wird Dein Wohlergehn auf ewge Zeiten blühen.

Hiemit wolte gegen den Herrn Verfasser  
 seine Ergebenheit auch abwesend be-  
 zeigen ein treuer Freund

Jacob Peterfen,

aus Wolmirstädt im Magdeburgischen.

Pene



**P**Aene delectum quod vbiq̄ue credunt,  
 Candidi nomen Pyladis: probasti  
**T**V, mihi fausto COMES ac iniquo,  
 Semper, A MICE  
**T**ecta iungebant eadem, nec impar  
 Vsque nos traxit labor et voluntas.  
**H**ora vix nobis fuerat diesque  
 TE sine grata.  
**A**rduum tractas opus. Arma sumis,  
 Impetus hostis validos retorquens.  
**N**empe T V bello remoues sacratio  
 Sancta pericla.  
**F**erre TE palmam video; Corona  
 Iam caput fulget TIBI certa circum.  
**G**ratulor. Sunt nam T V A, crede nobis,  
 Gaudia nostra.  
**L**inquis hinc victor celebrem palaeſtram,  
 Linquis et dulces heliconis vndas  
 Linque ſed carum TIBI, quaeso, nunquam  
 DVLCIS AMICE.  
*Absenti quidem corpore, ſed animo ſem-  
 per praesenti haec adpoſuit AMICO*

**Ioannes Fridericus Tinckel,**  
 Wolmerslebio Magdeburg.

---

**D**u, den von Jugend auf des Höchſten Wort gelehrt,  
 Was zur Gewiſſenruh und unſerm Heil gehört,  
 Den die Erfahrung ſelbſt, oft Lehrreich unterwieſen,  
 Daß Schrift und Canzel Dir nichts ohne Grund geprieſen.  
 Freund!



Freund! billig wagt Dein Fleiß, auf solcher Lehrer Wort  
 Sich zur Vertheidigung erkannter Wahrheit fort.  
 Der Fisch, an dem wir hier die Lust des Himmels schmecken,  
 Den Lieb und Weisheit uns mit milden Händen decken,  
 Das Mal, in dem der Welt das Blut des Lammes fließt,  
 Und dem zur Stärkung wird, der es mit Durst genießt,  
 Wo kündig unsrer Noth zur Tilgung unsrer Sünden  
 Wir des Erlösers Leib für uns gegeben finden,  
 Und wo, wenn Glaub und Lieb entzückt die Fest begehn,  
 Wir stets wie noch einmal den Göttemensch sterben sehn.  
 Dis Mittel unsers Heils, will dem gekränkten Glauben,  
 Freund, grausam wieder sich ein strenger Zweifler rauben,  
 Der, wenn mit Unvernunft der Päpster boshaft irrt,  
 Indem er diesen strafft, selbst fehlt und sträflich wird.  
 Das Blut, das hier den Durst gequälter Seelen füllet,  
 Der Leib der hier den Mund gebengter Sünder füllet,  
 Dies Blut ist nicht das Blut das dort vom Creuze quillt  
 Der Leib, nicht Christi Leib, nein beydes nur ein Bild;  
 O Freund, o schätze Du hier die gekränckte Sache!  
 Und glaube, daß Dein Fleiß Dir reichlich Ehre mache,  
 Wenn durch dein treu Bemühn nur eines Sünders Wohl  
 Ihm sicher wird und einst zum Himmel reisen soll.  
 Ein unzerstörbar Wohl seh ich Dir künfftig grünen,  
 Und Dich am Werck des HErrn an Zions Mauern dienen.  
 Geh hin, geh liebster Freund, geh mit geweihtem Schritt,  
 Und nim von meinem Theil die treuesten Wünsche mit!

Endewig Christoph Voss,  
 aus Jfenburg im Bernigerodischen.




ad 28




00 A 6416

R









VINDICIAS  
VERAE ET REALIS CORPORIS  
ET SANGVINIS CHRISTI IN SACRA  
COENA PRAESENTIAE  
AB OPPUGNATIONIBVS BENIAMINIS HOADLY

PRAESIDE

VIRO SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO  
AMPLISSIMO DOCTISSIMO

SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN

S. S. THEOLOG. DOCT. EIVSDEMQUE IN REGIA FRIDERI-  
CIANA PROF. PVBL. ORDIN. ET H. T. ORD.  
THEOL. DECANO

PATRONO ATQUE PRAECEPTORE  
AETERNVM DEVENERANDO

AD DIEM IANVAR. A. MDCCXXXIII.

EXHIBET

A V C T O R

IOANNES CAROLVS LEEKENY  
MAGDEBVRGENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE  
APVD IOAN. CHRIST. GRVNERTVM, ACAD. TYPOGR.  
*Recusa 1752.*